Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In illo tp. Dixit ad illum qdam de turba Magister. dic fratri meo: ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei Homo qs me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos. Videte et cauete ab omni auaricia; qa non in habundantia alicuius vita eius est. ex hys que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam q; non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo omia q; nata sunt mihi et bona mea et dicam aie mee. Aia: habes multa bona posita in annos plimos. requiesce: comede. bibe epulare. Dixit autem illi ds. Stulte: hac nocte aiam tuam repetunt a te: que autem paratisti cuius erunt? Sic est q; sibi thesaurizat: et non est in deum diues. Dixitq; ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite sollicitari esse aie q; manducetis: neq; corpori quo vestimini. Aia plus est q; esca: et corpus plus q; vestimentum. Considerate corvos: qa non seminant neq; metunt. Quibus non est cellarium neq; horreum. et deus pascit illos. Dnica xviij Officium

Iustus es dne et rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dni. Oro

Oramus dne populum tuum diabolica semper vitare contagia et te solum deum puro mente sectari. Per dm. Ad Ephesios

Fres. Obsecro vos ego vinctus in dno: ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia supportantes inuicem in caritate. Sollicite seruare vnitatem spiritus: in vinculo pacis. Vnum corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Vnus dns vna fides: vnum baptisma. Vnus deus et pr omnes qui super omnes et per omia et in omnibus nobis: qui est benedictus in secula seculorum amen. Gradualis. Benedicam dnm in omni tempore semper laus eius in ore meo. Alla. v. Diligam te dne virtus mea. Sequentia sancti Luce

In illo tp. Cum intraret ihs in domum cuiusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem: et ipi obseruabant eum. Et ecce hom quidam hydropicus: